Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

gidam. humidam. & siccam. Vniuersę creature est septenarius numerus. Qua propter omis disciplina dinoscens. & discernens creatorem & creaturam denario numero insinuatur. Ternario. Quaternario namq; numero. & diurna & annua curricula peraguntur. Diurna matutinus et meridianus. uespertinus nocturnusq; horarum spacius. Annua. uernus. estiuus. autumnalibus. hiemalibus q; mensibus. Atemporum aut dilectione dum in temporibus uiuimus propter eternitatem in qua uiuere uolumus abstinendum est. & ieiunandum. quamus temporum cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contempnendorum temporalium & appetendorum eternorum. Porro aut denarius numerus creatoris atq; creature significat scientiam. nam trinitas creatoris est. Septenarius aut numerus creaturam indicat. propter uita & corpus. Nam ua sunt tria. unde & iam toto corde. tota anima. tota mente. diligendus est ds. In corpore aut manifestissima. uii. apparent. quibus constant elementa. In hoc denario dum quater ducitur. temporaliter nobis insinuatur. caste & continenter. a temporum dilectione uiuere. hoc est. xl. diebus ieiunare. Diurna quoq; curricula. uii. nos impediunt ab amore celestium. scilicet matutinum. meridianum. uespertinum. nocturnum. per hęc & iam corporis redimimur ab amore eternorum. Quibus diebus eadem ieiunia celebrentur. oportet memorari. scilicet iiii. feria. vi. & vii. Quarta qua iudei in ea fecerunt consilium. ut occiderent xpm. Sexta occiderunt eum. Septima romanq; more ieiunium concluditur. Propter tristiciam apli. de morte dni. ut innocentius narrat in decretalibus. Sabbato inquit ieiunandum esse. ratio euidentissima demonstrat. Nam si die dominicam obuenerabilem resurrectionem dni nri ihu xpi. non solum in pascha celebramus uerum & iam per singulos circulos ebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus. ac si. vi. feria. propter passionem dni ieiunamus. sabbatum preter mitte

91